



quod dicimus nature esse aptum et accommodatum: quodque ipsum per se primum appetatur: hoc totum et hitollant: qui in rebus his: in quibus nihil quod non aut honestum: aut turpe sit: negant esse ullam causam: cur aliud alij anteponatur: nec inter eas res quicquam omnino putant interesse. Et erillus si ita sensit: nihil esse bonum preter scientiam: omnem consilij capiendi curam inuentionemque officij sustulit: Sic exclusis suis reliquorum cum preterea nulla esse possit: Hec antiquorum ualeat necesse est. Ergo institutio ueterum quo etiam stoici utuntur: hinc capimus exordium. Omne animal seipsum diligit ac simul et ortum est id agit: se ut conseruet. Atque ita sit affectum: ut optime secundum naturam affectum esse possit. Hanc initio constituto: confusam habet et incertum: ut tantummodo se tueatur: qualecunque sit: Sed nec quid sit nec quid possit: nec quid ipsius natura sit intelligit. Cum autem processit paululum: et et quatenus quicquid se attingat: ad seque pertineat prospicere cepit: tum sensim incipit progredi seseque agnoscere et intelligere: quam ob causam habet eum: quem diximus animi appetitum: ceptatque et ea que nature sensit apta appetere: et impulsare contraria. Ergo omni